



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

expositio 18 ca. post hæc egress[us] ab Athe. ar. 18

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

in scolis regala fit! So /-lis totalis' aliqui sed nunq' vniq'
alts eclipsis fieri potest.

IN ACTA APOS: EXEG.

111 suo loco in oriente opposita soli. Vnde temporum or-
do non fuit turbatus. Tertium, quia eclipsis natura
liter incipit ab occidente, & peruenit ad orientem, quo-
ntiam motus lunæ in proprio orbe velocior est motu
solis in circulo proprio, sicque pertransit solem ab occi-
dente accedens, sed tunc luna pertransit solem distans
ab eo per circuli medietatem in oppositione existens,
1111 iccirco oportuit, ve ab oriente reuertetetur ad solem,
& primo attingeret eum a parte orientali, illamq; pri-
mitus eclipsaret. Quartum quia in naturali eclipsi illa
pars solis primo apparet, quæ primo fuerat obscurata
tunc vero partem vltimo occupatam, primo reliquit.
Præterea Beda & Scholastica historia referunt huc esse
Dionysium, qui a Paaulo episcopus ordinatus Corinthi-
orum, gloriose rexit ecclesiam, multaque ad vtilitatem
ecclesiæ pertinentia quæ hactenus manent, ingenij sui
reliquit volumina. Veruntamen in eius legenda habe-
tur, quod ab Apostolo Atheniensium fuerit ordinatur
episcopus. Sed forsitan dici potest, quod successiue in
diuersis præfuerit locis. Hic est quem Gregorius vocat
antiquum & venerabilem patrem, Damascenus diuinitis-
simum, sacratissimum, theologissimumque appellat.
Hugo theologum per antonomasiam, & principem the-
ologorum affirmat. Postremo sicut in eius legenda asse-
ritur Paulus ea quæ in tertium cælum raptus vidit, &
verba arcana quæ ibi audiuit, huc viro eximio credi-
tur reuelasse.

¶ Expositio capituli. xvij. Post hæc
egressus ab Athenis. Art. xvij

Post hæc egressus Paulus ab Athenis venit Co-
rinthum, & inueniens sibi quendam Iudæum
nomine Aquilam, Ponticum genere. Id est, de
Ponto Asiæ pronuncia oriundum, vnde & primo capi-
tulo scriptum est, pontum & Asiam. Est autem Pontus
lata regio, complectens Colchum, Cappadociam, Arme-
niam, & alias prouincias, qui nuper venerat de Ita-
lia & uxorem eius Priscillam. Horum frequenter in suis

Apostolus epistolis, meminit L eo quod p̄cepisset Clau-
 dius Imperator L discedere omnes Iudæos a Roma L
 Hoc Iosephus narrat nono anno imperij Claudij conti-
 gisse. Cuius ratio in Scholastica historia fertur, quoni-
 am vxor Claudij, tantam cum Iudæis familiaritatem
 contraxit, quod ad illorum ritum tracta fuit & iudai-
 sare iam cœpit L accessit ad eos, & quia eiudem erat ar-
 tis, manebat apud eos, & operabatur L proprijs mani-
 bus, victum sibi procurans, ne quenquam grauaret. Vñ
 in epistola ad Corin. p̄fiteſ Adea quæ mihi necessaria
 rant, ministrauerunt manus istæ L Erant enim sceno-
 factoriæ artis L quia videlicet, tentoria seu papiliones
 fecerunt, vel vela picta quibus aulae teguntur diuitum
 & nobilitum, vt dicatur ars scenofactoria, a scenos græ-
 co, quod interpretatur habitatio vel tabernaculum.

L Et disputabat in synagoga L Paulus L per omne sab-
 batum L id est, quolibet sabbato L interponens nomen
 domini Iesu L vt paulatim disponderetur ad fidem L sua
 debarque Iudæis & Græcis L ex gentilitate ad Iudais-
 mum conuersis, vel etiam adhuc in gentilitate manen-
 tibus, his rationabiliter suasit Euangelio credere. L Cū
 venissent autem de Macedonia Syleas & Timotheus, in
 stabat L verbo Euangelicæ prædicationis L Paulus, re-
 stificans L per miracula & scripturas L Iudæis esse Ie-
 sum Christum L id est, qd Iesus Nazarenus sit rex Mes-
 sias. L Contradicientibus autem eis & blasphemanti-
 bus L id est, verba blasphemia contra Christum Iesum
 loquentibus L excutiens vestimenta sua L quæ excussio
 fiebat eisdem de causis, quib⁹ & excussio puluerū pedum,
 de qua dictum est supra L dixit ad eos. L zelo iusti-
 ciæ, nō cōmōtione ipacientiæ. L Sanguis vſ, super caput
 vestrum L. i. iniquitas vſa redundabit in vos, & inex-
 cusabiles eritis, ap̄hendetq; debita ac disiricta dāna-
 tio. Hic mod⁹ loquēdi in Ezechiele potissime, frequētas daniel. 13.
 L Mund⁹ ego ex hoc ad gētes vadā. L. i. ex tpe isto, ibo
 ad euāgelizandum gentibus, innocēs de vſo piculo, ga-
 rantū in me fuit satēgi vos ad salutē reducere. Sed cū si-
 tis idurati, ego vltra cām nō habeo. Vñ Ezechielis. 3.

IN ACTA APOS. EXEC.

dominus ait. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annūciaueris ei, ut auertat a via sua impia, & uiuat, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem autē eius de manu tua requiram. Si autem annūciaueris impio, & ille non fuerit cōuersus, ipse quod in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaasti. Et migrās inde, intrauit in domum cuiusdam nomine Timothei iusti, colentis deum. Iste fuit enim de gentilitate ad Iudaismum conuersus, & in lege Moyſi digne cōuersans. Cuius domus erat cōiuncta synagogæ. Videlicet ædificio illi materiali, quo congregabantur Iudæi in Corintho manentes. Crispus autē archisynagogus credidit dño cum omni domo sua. Iste fuit inter Iudæos Corinthios principalis atq; ad Christū cōdomesticis suis cōuersus. & multi Corinthios audientes. Ipdicationem Pauli credebant & baptizabāt. Dixit autem dñs nocte per uisionem Paulo. Hoc deus in somno per ministerium angeli in dei psona loquētis ac apparētis, imaginaria uisione loquutus est Paulo. Noli timere. Inordinato pauore eos qui corpus occidunt. sed loquere. prædicando. & ne taceas. In uerbis prædicationis propter quod ego sum tecum. Id est, eo quod me habeas iugiter assistentem ac subuenientem. Simili modo contortat dominus Hieremiam, primo capitulo. Let nemo apponetur tibi, ut noceat te. Id est, me protegente te, nullus accedentium tibi, inferet nocumentum, læsionem, seu mortem. quoniam populus est mihi multus in ciuitate hac. .i. multi sunt æternaliter prædestinati per te cōuertendi, & gratia mea saluandi, qui sunt populus meus, non creatione duntaxat, sed etiam prædestinatione. Sedit autem ibi. Id est, in Corintho fuit & mansit, iuxta communem modum loquendi, quo dicimus. Ille sedit Romæ tot annis. Et in Deuteronomio Moyses filiis Israel loquens, sedistis inquit in Cades Barne multo tempore. Itaque sedit ibi. L. annum & sex menses, docens apud eos uerbum dei. Gallione autem proconsule. Id est, procuratore, & secundo a Consule. Achaia. regionis in

Ezec. 3. 336

Matt. 10.

Deut. 1.

qua continetur Corinthus ¶ insurrexerunt vno animo .i. in peccatis concorditer Iudæi in Paulum & adduxerunt eum ad tribunal Gallionis ¶ dicentes, quia contra legem ¶ Moyse ¶ hic ¶ Paulus ¶ psuadet hoibus colere deum .i. nouam seruare legem, veteri derelicta ¶ Incipiente autem Paulo aperire os ¶ ad satisfaciendum & exsufflandum, non veram, sed apparentem lucem mendaciter ¶ dixit Gallio ¶ vir gentilis ¶ ad Iudæos. Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum o viri Iudæi ¶ in Paulo ¶ recte vos sustinerem .i. iuste vestram accusationem admitterem, & vestram molestiam ferrem ¶ si vero sunt questionēs de verbo & nominibus legis vestræ .i. sermonibus & personis, de quibus in vestra lege fit sermo ¶ vos ipsi videritis .i. inter vos discernite, quid de hoc vobis incumbat agendum. ¶ Iudex homo ego nolo esse ¶ quia incerta sunt mihi, nec ad meum pertinent forum. ¶ Et minauit .i. comminando recedere fecit ¶ eos a tribunali. Apprehendentes autem omnes ¶ puta gentiles qui aderant infideles ¶ Sosthenem principem synagogæ ¶ Corinthi ¶ percutiebant eum ante tribunal ¶ inquam capitaneum irrationabilis illius concursus, quod tanto audentius fecerant, quanto viderant proconsulem minus fouere partem Iudæorum. Ideo subditur ¶ & nihil eorum Gallioni curæ erat. ¶ Paulo ante iam dictum est quod Crispus fuit archisynagogus, quomodo ergo nunc Sosthenes princeps synagogæ illius vocatur? Ad quod puto dicendum, quod Iudæi increduli agnita Crispi conuersione, a principatu deposuerunt eundem. ¶ Paulus autem, cum sustinisset adhuc dies multos ¶ in Corintho, vel circiter ¶ fratribus .i. Christianis qui erant ibidem ¶ vale faciens nauigauit Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, qui ¶ Paulus ¶ sibi toronderat caput .i. pilos capitis sui abrasit. ¶ in Cenchrus ¶ portu Corinthio, de quo loco fuit Phœbes de qua ad Romanos ultimo scribit Apostolus. Commendo vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchrus ¶ habebat enim votum ¶ quia fuit Nazaræus ex voto. Naza-

ræi quippe vsque ad tempus determinatum ex voto co-
mam nutriebant, completoque tempore voti, pilos ra-
debant, atque in sacrificij igne ponebant. Hæc Paulus
fecit, ne Iudæi conuersi & adhuc pusilli, scandalizaren-
tur. Fuit quoque id licitum pro tunc, scilicet legalia ob-
seruare, Iudæis conuersis, vsque Euangelij publicatio-
nem sufficientem. Sic tamen, vt in illorum obseruan-
tijs non poneretur spes salutis, seu fides, quod scilicet si
ne eis fides & gratia Christi non sufficeret ad salutem.
L Deuenitq; Ephesum, & illos. J puta Aquilam & Pri-
scillam. L ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam,
disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, vt am-
pliori tempore apud eos maneret. J pro pleniore infor-
matione eorum. L non consensit. Omnium ardēs amo-
re, atque intendens bonum commune vbiq; L sed vale-
faciens. J eis. L & dicens. Oportet me. J. i. expedit mihi
L diem solemnem aduenientem. J qui hic non specifica-
tur. L facere. J. i. celebriter agere secundum spiritalem
intelligentiam. L Hierosolymis, & iterum reuertar ad
vos. J per quod eos consolabatur. L deo volente. J Quo
instruit nos, vt dum aliqua in futurum nos acturos, p-
ferimus, sobrie & modeste loquamur. Quippe qui igno-
ramus, an crastino die viuemus. Icirco addamus, deo
volente, aut aliquid simile. Sic enim & Iacobus docet
in sua canonica. L Profectus est ab Epheso & descendēs
Cæsaream. J Multæ in diuersis prouincijs constructæ
vel instauratæ ciuitates in honorem Cæsarum diuer-
forum noscuntur, & dictæ Cæsareæ, vnde hoc loco nõ
facile arbitròr definiendum, quænam hæc fuerit Cæsa-
rea ad quam Paulus ab Epheso deuenit, cum in textu di-
stincte non sit posita, & plures in Asia sint huius nomi-
nis ciuitates. Ego tamen puto eam esse, quæ vocat Dio-
cæsarea, propter ea quæ in textu statim sequuntur. L a-
scendit & salutauit ecclesiam. J quæ ibi tunc fuit. L & de-
scendit Antiochiam. J Pisidiæ, ad quam per Diocæsare-
am ab Epheso rectum est iter. L & factò ibi aliquanto
tempore, profectus est, perambulans ex ordine Galatiã
regionem. J quæ coniuncta est Pisidiæ. L & Phrygiam,

Rom. 12.

1. Ioan. 5.

Coloss. 3.

confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidam
 Apollo nomine Alexandrinus genere. Quia in Alexan-
 dria natus. Vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in
 scripturis. Veteris testamenti. Hic erat edoctus viã
 domini. .i. Euangelicam Christi doctrinam. & fer-
 uens spiritu. .i. Christi flagrans amore, & zelo salutis
 proximorum. Loquebatur & docebat diligenter, ea quæ
 sunt de Iesu. Quod scilicet ipse esset Christus filius dei sciens
 tantum baptisma Ioannis. Quo & baptizatus fuit, non
 autem baptismo Christi pro tunc, sed postea, nondum
 quippe fuit plene instructus de sacramentis ecclesiæ, fi-
 dei que mysterijs. Hic ergo cepit fiducialiter agere in
 synagoga. Fortiter prædicando Iudæis, quod Iesus es-
 set Messias. Quem cum audissent Priscilla & Aquila
 assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam
 domini. .i. de doctrina & sacramentis Christi distin-
 ctius docuerunt. Cum autem vellet ire Achaia. Ipu-
 ra Corinthum urbem Achaie. Exhortati fratres. Ab
 eo, vel eum, ut in bono cepto persisteret. Scripserunt
 discipulis. Corinthi. Ut susciperent eum. Tanquam
 fidelem, cum charitate & gaudio. Qui cum venisset.
 Corinthum. Contulit multum. .i. valde profuit. His
 qui crediderant. fidem eorum roborando. Vehemen-
 ter enim Iudæos. Incredulos. Reuincebat. .i. iterum &
 frequenter conuicit. publice ostendens per scriptu-
 ras. prophetarum ac legis. esse Christum Iesum. Ad
 hoc quoque eloquentia sua non parum deseruiuit eidem.

Matt. 1.

Luc. 2.

Ioan. 6

Iohan. 4

Explicatio capituli nonidecimi. Fa-
 ctum est autem.

Articulus nonus decimus

Factum est autem, cum Apollo esset Corinthi ut
 Paulus peragratis superioribus regionibus. In
 quibus discipulos confortauit, plurimosque con-
 uertit. Veniret Ephesum. a qua præcedenti capitulo
 scribitur recessisse. & inueniret quosdam discipulos.
 .i. quosdam in breui Christianos factos, sed in comple-
 te, disposita vero tuerant ad credendum perfecte, dixit